IOANNIS MARIAE VERMIGLIOLI DE VERMIGLIOLIS PERVSINI

SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE ADVOCATI, ET COLLEGII V. I. DOCTORVM PERVSIAE DECANI

CONSILIA CRIMINALIA AD DEFENSAM

IN ROMANA CVRIA EDITA.

Ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum

INNOCENTIVM DECIMVM PONTIFICEM OPT. MAX.

CVM PRIVILEGIO AD ANNOS XX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

ROMAE, Ex Typographia Io. Petri Collinij. M. DC. LI.

SVPERIORVM PERMISSV.

INNOCENTIO
DECIMO
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

IO. MARIA VERMIGLIOLVS DE VERMIGLIOLIS.

Aſſeruabantur, Beatiſsime Pater, in domeſtico meo litterariorum armorum promptuario quingenta armorum genera, quibus ego legalis militiæ miles iampridem criminali in prælio pro vita hominum, & exiſtimatione ſæpius decertaueram. Hæc vel deſuetudine bellandi, vel ciuilibus intentus patrocinijs æterno oppleta puluere, ac rubigine reliquiſſem, niſi pientiſsimo INNOCENTII nomine ad innocentium defenſionem multò eſſent, quàm antea fortius excitata: haud dubia, quin ſub tanta inuicti Principis virtute acumen obtineant, ac eiuſdem vndique circumfuſæ lucis maieſtate clareſcant. Eò autem promptius fœlicibus hiſce auſpicijs in aciem prorumpunt, quò ſenſerint, me, præter immenſa abs te accepta beneficia, in Conſiſtorialium Aduocatorum militiam adſcriptum, vt publica dimicatione & largitatis tuæ memoriam poſteris relinquant, & indelebile grati animi mei monumentum oſtendant. Aſpice igitur, Pater Sancte, pro ſolita beni-

gni-

INDEX ARGVMENTORVM.

Conſilium 1.

Oſtenditur in hoc Conſilio, Ciuitatem Bononiæ potiri prærogatiua, quod in ea eiuſque territorio non ſit locus confiſcationi pro maleficijs, etiamſi aliud in ſententijs exprimatur, exceptis tamen criminibus læſæ maieſtatis in primo capite. Et hanc exceptionem eſſe intelligendam de criminibus læſæ Maieſtatis in primo capite de Iure communi, non autem de Iure ſpeciali.

Conſilium 2.

Subditus ratione originis, vel domicilij an puniri poſſit quamuis delictum in territorio alterius Principis commiſſum fuerit.

Subditus Papæ, & Sedis Apoſtolicæ an poſſit inquiri ab alio Principe de crimine læſæ maieſtatis, quamuis etiam ſit ſubditus ipſius Principis reſpectu feudi.

Conſilium 3.

De denunciatione facta à ſecreto accuſatore de crimine graſſationis per quinque incognitos ex aſſerto mandato duorum nobilium dominorum, ſine tamen eorum nobilium interuentu, & commodi participatione ex ipſo proceſſu informatiuo, cum reiectione plurium prætenſorum inditiorum.

Conſilium 4.

Epiſtola recognita per comparationem, aut per teſtes habentes notam manum, an ſufficiat in criminalibus ad condemnationem, ſeu ad torturam.

Tractatus per Epiſtolam non ſequuto effectu an ſufficiat ad condemnationem, ſeu ad torturam in crimine læſæ maieſtatis.

Conſilium 5.

Crimen læſæ maieſtatis commiſſum non contra ſupremum Principem, ſed in contemptum Principis inferioris inueſtiti cum mero, & mixto imperio an cognoſci debeat à Principe ſupremo ſed ab inferiore, cui etiam applicandæ ſint pœnæ, & confiſcationes reſpectu vaſallorum in loco infeudato delinquentium.

Conſilium 6.

Specialia in crimine læſæ Maieſtatis ex l. quiſquis, §. emancipationes, & l. fin. C. ad l. Iul. maieſt. an habeant locum, quando crimen hoc fuit commiſſum non factis & operibus, ſed ſolis verbis, aut ſcriptis in libro memoriali.

Fiſco an incumbat onus probandi contractus fuiſſe initos à Reo poſt commiſſum crimen læſæ maieſtatis, & an confeſſio ipſius rei præiudicet alteri, cui ex contractibus fuit ius quæſitum.

Conſilium 7.

De eadem re. An ſpecialia ex l. quiſquis, §. emancipationes, & l. fin. C. ad l. Iul. maieſt. habeant locum in quolibet crimine læſæ maieſtatis, vel ſolum in primo capite.

Pœna confiſcationis ipſo iure ſtatim poſt commiſſum crimen læſæ maieſtatis an habeat locum extra primum caput.

Conſilium 8.

Donationes factæ poſt commiſſum delictum ante condemnationem an valeant.

Donationes vt conſtatur factæ in fraudem Fiſci, an ſufficiant inditia ex proceſſibus informatiuis, vel requiratur, quod Reus fuerit confeſſus, vel conuictus.

De præſumptionibus inferentibus donationes non fuiſſe factas in fraudem Fiſci.

Conſilium 9.

Condemnato emphiteuta, ſeu feudatario in pœnam confiſcationis bonorum, an emphiteuſis, ſeu feudū pertineat ad Dominum directum immediatum, vel Fiſcum ſupremi Domini mediati, vel ad agnatos, & alios comprehenſos in inueſtitura.

Conſilium 10.

Pœnæ, & confiſcationes prouenientes ex contrauentione Conſtitutioni Principis ſupremi an pertineant ad Baronem vaſallorum in loco infeudato delinquentium, quando non agitur de crimine læſæ maieſtatis verè, & directè in perſonam Principis ſupremi, neque condemnatio facta eſt à Principe ſupremo, ſeu eius Officiale, neque agitur de Conſtitutione aliquid prohibente præter Ius commune.

Confiſcatio frumenti extracti contra bannimenta Baronis edita pro neceſſitate, vel vtilitate publica an pertineat ad ipſum Baronem.

Conſilium 11.

De corpore delicti contra Reum homicidij an conſtet ex viſitatione cadaueris facta à notario ſine commiſſione Iudicis, vel ex teſtibus pro informatione Curiæ ſine commiſſione, vel cum commiſſione Iudicis examinatis à notario.

Ad probandum corpus delicti homicidij, in quo poſt factum remanent veſtigia, an requirantur probationes indubitatæ, vel ſufficiant præſumptiones.

Conſilium 12.

De eadem re. Viſitatio cadaueris, & examinatio teſtiū pro informatione Curiæ à notario ad corpus delicti probandum, an præſumantur facta de commiſſione Iudicis, quando Iudex deinde procedit ad vlteriora.

IO. MARIAE VERMIGLIOLI DE VERMIGLIOLIS PERVSINI

SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE ADVOCATI, ET COLLEGII I. C. PERVSIAE DECANI.

CONSILIA CRIMINALIA AD DEFENSAM.

IN ROMANA CVRIA EDITA.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur in hoc Conſilio, Ciuitatem Bononiæ potiri prærogatiua, quod in ea, eiuſque territorio non ſit locus confiſcationi pro maleficijs etiamſi aliud in ſententijs exprimatur, exceptis tamen criminibus læſæ Maieſtatis in primo capite. Et hanc exceptionem eſſe intelligendam de criminibus læſæ Maieſtatis in primo capite de Iure communi, non autem de Iure ſpeciali,

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Bononiæ prærogatiuam habet, ne bona in eius territorio confiſcentur pro maleficijs, etiam in contradictorijs Iudicijs comprobatam.*

2 *De obſeruantia negatiua confiſcationis in Ciuitate Bononiæ, Auctor teſtatur, dū ibi fuit anno 1605. & 1606. legationis Auditor.*

3 *Ciuitatis Bononiæ prærogatiua excluſiua confiſcationis ortum habuit ex Priuilegiis, & Indultis Apoſtolicis.*

4 *Conſuetudinem in Ciuitate Bononiæ vti immemorabilem, & ſemper obſeruatam, ne fierent confiſcationes approbarunt Summi Pontifices Iulius III. & Gregorius XIII.*

5 *Pontifex Gregorius XIII. diſpoſuit non fieri confiſcationes in Ciuitate Bononiæ præterquam in criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ.*

6 *Ciuitas Neapolis habet priuilegium, ne bona publicentur niſi in crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis.*

7 *Exceptio detractiua Priuilegij Ciuitatis Bononiæ circa confiſcationes intelligitur, vbi pœna criminis læſæ Maieſtatis in primo capite applicatur de Iure communi, non autem de Iure ſpeciali.*

8 *Crimen læſæ Maieſtatis in primo capite de Iure communi non incurritur pro Armatis, & Caualcatis non factis hoſtiliter aduerſus Principem odio ipſius Principis principaliter, ſed ad alium finem.*

9 *In pœnam læſæ Maieſtatis primi capitis aliud eſt quod quis verè, & non ſictè incidat, & aliud, quod verè crimen hoc committat.*

10 *Qualitas commiſſi criminis non arguitur neceſſario ex qualitate impoſitionis pœnæ.*

11 *Crimen læſæ Maieſtatis in primo capite propriè committitur in ſolum Principem, vbi contra ipſius perſonam conſpiratur, impropriè autem contra alios.*

12 *Crimen læſæ Maieſtatis quando excipitur in Priuilegio, ſit reditus ad ius commune, ideoque intelligitur de crimine verè, & propriè, & non ſictè, & num. 14.*

13 *Statutum recipiens paſſiuam interpretationem à Iure communi intelligitur de Iure communi ordinario, & non ſpeciali extraordinario.*

15 *Conſtitutio noua non tollit conſuetudines ſpeciales locorum niſi id exprimat.*

16 *Derogatio ſimpliciter ſtatutis, & conſuetudinibus locorum non intelligitur de immemorabili conſuetudine.*

REGESTVM.

* ** *** ****.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii.

a b c d e f g h i k l

Omnes ſunt duerniones, præter Iiii, & l. quæ ſunt terniones.